101

10. Octavus stipes.

Dedo, filius Tymonis, accepit uxorem filiam Wiperti marchionis de Groisz, fundatoris Pigaviensis monasterii, nomine Bertam, genuit ex ea filiam Mechtildam, que nupsit comiti Rabbodoni, Babinbergensi advocato. Idem Dedo ecclesiam beati Petri Sereni Montis incepit, sed non perfecit. Nam orta fuit dissensio inter eum et uxorem suam Bertam, ita quod eam aliquot annis repudiavit. Tandem monitis episcoporum Magdeburgensis et Merseburgensis et aliorum sibi eandem reconciliavit et expost crucem dominicam assumens cum potencia sua ad terram sanctam se recepit, fratri suo inceptum opus Sereni Montis monasterii committens, demum de terra dominici sepulchri rediens in brevi sine heredibus masculis mortuus fuit; portavit secum partem satis notabilem de ligno Domini. Est autem crux permodica argento inclusa, que usque hodie ibidem in Sereno Monte cernitur. Berta itaque, uxor sua, preposituram in Scolam in honore beate virginis Marie fundavit et satis habunde dotavit, quam ecclesie Pigaviensi, fundacione sui patris, incorporari procuravit, et hodie ab eisdem monachis possidetur. Wipertus pater eius, vir strennuus et bellicosus, multa prelia habuit cum vicinis suis de castro Milsen, Tuchorn, prout in vita suo pulchro stilo conscripta in dicto monasterio Pigaviensi reperies. Hic Wipertus habuit filiam ducis Bohemie in uxorem. Hic Wipertus habuit filium Hinricum, qui dono imperatoris expost Lusaciam obtinuit, qui mortuus sine heredibus, et in eo generacio Wiperti, fundatoris Pigaviensis, cessavit.

a) fundatores c.

K. 13. J. Jh. Monasterium Montis sancti Petri Sereni incipitur.

a) ita c. aliqs c.

a) sepulcrũ c. ~~sepulture c. (sepulcrũ)~~
sepulcri nicht sepulchri, s. n. S. 13.

a) in marg. sup.: Prepositura in Scolen +f. CCLIIII c
b) man. recentissima in marg. Schkoln
c) corr. man. rec. male in marg. quare, sed postea del.
d) fundacione c.

a) milsen c.

Monasterium Pigaviense construitur